


## **Dissertatio, Exhibens Positiones Nonnullas, Limine Matrimonii**

[Rostock]: Typis I. I. Adleri, [1753]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn892630337>

Druck Freier  Zugang






V. l. — 197 (23.)

Pl. — 197 (23.)





DISSERTATIO,  
EXHIBENS POSITIONES NONNULLAS,  
DE  
**LIMINE MATRIMONII:**

QUAM  
DEO T. O. M. GRATIAM SUAM LARGIENTE,  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,  
**DOMINO FRIDERICO,**

DVCE AC PRINCIPE  
HEREDITARIO MECKLENBURGICO,  
PRINCIPE VANDALORUM, SVERINI AC RACEBURGI,  
COMITE ITEM SVERINENSI,  
TERRARVM ROSTOCHII ET STARGARDIAE  
DOMINO,

**DOMINO NOSTRO LONGE CLEMENTISSIMO,**

IN ACADEMIA ROSTOCHIENSI,  
PRÆSIDE

**DN. ERNEST. JO. FRID. Hanzeln,**  
SEREN. DUCIS REGNANTIS MECKL.

CONSIL. CANCELL. ET CONSIST. ATQUE PANDECTARUM  
PROF. ORD. FAC. SENIORE ET H. DECANO,  
IN AUDITORIO MAXIMO,  
HORIS ANTEMERIDIANIS CONSUVETIS,  
A. O. R. MDCCCLIII. d. 7. APR.

DEFENDET,  
**JO. FRID. HINTZE;**

ROGGENSTORFFIO-MECKL.  
ADVERSUS PLACIDE DISSIDENTES,  
DIET. HELM. SPRENGELN, ZITTAVIO-MECKL.  
DOMINICUM AUG. PRÆVEKEN,  
SALIZA-MECKL. ET  
GODOFR. DIET. JO. HENR. LEONH. WESTERHEIDEN,  
CHALUSO-MECKL.  
PHILOS. ET SS. THEOL. CULTORES.

TYPIS I. I. ADLERI, SEREN. DVCIS AVL. & ACAD. TYP.

VIRO,  
ADMODUM REVERENDO  
ATQUE DOCTISSIMO,  
DOMINO  
ERDMANNO HINTZEN,  
PASTORI ECCLESIAE,  
QUAE CHRISTO COLLIGITUR ROGGENSTORFII,  
IN DUCATU MECKLENBURGICO,  
SUB CIRCULO GREVISMOLENSI,  
PER MULTOS ANNOS FIDELISSIMO,  
DOMINO PARENTI SUO,  
GRATIOSO ATQUE INDULGENTISSIMO,

PER  
HANC DISSERTATIONEM ACADEMICAM,  
RATIONES STUDIORUM SUORUM REDDIT,  
GRATES,  
PRO TOT PATERNIS BENEFICIIS,  
AGIT,  
ET SE ULTERIORI FAVORI,  
CUM VOTO LONGAEVITATIS,  
COMMENDAT,

filius obedientissimus,

JO. FRID. HINTZE.

## INGRESSUS.

**I**uris matrimonialis scriptores sunt, inter utriusque fori viros, quamplurimi. Alii universam materiam sibi sumserunt; Multi specialia themata exposuerunt. Nomina videantur in Bibliothecis. Quandoquidem igitur cathedra erat conscendenda disputatoria, quatuor Viris-Juvenibus, Theologiæ Cultoribus solertissimis, admodum Reverendorum, in patria nostra, Verbi divini Ministrorum filiis, placuit quintum Pastoris Mecklenburgici filium, & Consistorii Meckl. Assessorem, sibi eligere, in matrimonialibus doctrinis, Doctorem & in cathedra Præsidentem. Disputabunt, ἐν κύκλῳ; ventilabunt positiones decerptas, non adeo ex paginis, typis expressis, se commendantes, quam ex ipsis actibus disputatoriis, quorum finis est, probare promptitudinem, oratori sacro & fideli atque conscientioso Pastori valde necessariam. Benedicat igitur Deus T. O. M. instituto, & faxit, ut, per rationes dubitandi, ad rationes decidendi certas atque solidas fiat progressus. Ducat nos ille in omnem veritatem, quo evitentur tot aberrationes, quarum hoc seculum est fertilissimum. Singulæ dissertationis exhibebunt XL. theses primarias & X. secundarias. Hinc cum Deo ducentas accipiet, gratus Lector & benevolus Auditor, ex quatuor hisce Speciminibus. Quod non omnes hæ sint assertiones, quas ponere liceret, facile conceditur; Veniat nova societas Dominorum Commilitonum dilectissimorum. Probabitur, quatuor novis dissertationum inscriptionibus, superesse, alias ducentas theses, ingenia atque judicia acuentes.

## POSITIONES IPSÆ.

### CLASSIS PRIOR.

- I. **I**n ipso statu integritatis fuissent perfectæ societates conjugales. *Vid. B. nostratis venerandi ÆPINI diff. specialis.*
- II. Datur obligatio ad inveniendum matrimonium; Cælibatus tamen est sine pœna directæ. *Vid. Lex Papia Poppæa & scriptores nostri de Hagenstolziatu.* ) 2 III,



- III. Principes possunt, quæ libertatem matrimonii ineundi, in quæstione An? per leges disponere. *Vid. BODINI spec. diff. Halensis, de restringenda matrimonii ineundi libertate, rec. 1724.*
- IV. Distingvere, conjunctionem marium & feminarum, in nuptias, matrimonium, connubium & contubernium, sapit artificium politicum.
- V. Perpetuitas conjugii ex Jure quidem naturali haud difficulter demonstratur; Jure tamen divino positivo est evidentissima. Unde matrimonia ad thalac & desultoria, monstra sunt.
- VI. Absque sponsalibus nuptiæ nequeunt concipi; De eorum definitione qui litigant, in parvis magni esse cupiunt.
- VII. Sponsalia in conditionata & pura distingvere est omnium omnino jurium.
- VIII. Distinctio autem in de futuro & de præsentia talia, est factitia Juris Canonici, nulliusque hodie, si a præcedenti differens haberetur, utilitatis. *Vid. B. BÖHMERI spec. diff.*
- IX. Tractatus sponsalitios, pariter ac alios, abrumpere licet. *Vid. tamen STRYK. us. mod. ff. ad tit. de sponsal.*
- X. Conditionata sponsalia simpliciter obligant ad expectandum.
- XI. Conditiones, natura vel lege possibiles, quascunqve, etiam difficiles & alioquas, adjicere licet sponsalibus.
- XII. Conditiones, natura vel lege, impossibiles, absque subdistingtione, vitiant sponsalia; salva pœna, vel utriusque partis, vel simplicioris deceptæ.
- XIII. Conditione acceptata & vicissim posita, cessat unilateralis renunciatio.
- XIV. Sponsalia semel pura in conditionata mutare non licet.
- XV. Sponsalia, sub lege commissoria & pœna conventionali, inire non est licitum. *Vid. WANGENHEIM diff. spec.*
- XVI. Pacta futurorum sponsaliorum, ab ipsis sponsalibus distingvere, expedit. *Vid. THOMASII diff. spec. vom Ja-Wort.*
- XVII. Sponsalia sunt vel publica, vel clandestina; Hæc vel personarum, quæ sunt, vel non sunt sui juris; Principis enim est, præter I. N. & G. ponere modos, sine quibus non sint obligatoria, quæ contradictorium nempe. *Legatur amplissimis Judic.*

65. Cent. I. Jur. Meckl. Illustrati, ad rubrum: De requisitis sponsaliorum, efficacium, de Jure Meckl. conf. judic. 86. cent. 5.
- XXVIII. Clandestina cum secretis, heimliche und geheime, confundere, est contra sobrietatem. Habent tamen secreta natos, officio judicis coercendos.
- XIX. Praxis & leges, laborantes contra juramenta, in quaestionibus sponsaliorum, sunt laudabiles.
- XX. Sponsalia clandestina, personarum, quae non sunt sui juris, per juramenta & per concubitum salvari, detestanda est doctrina.
- XXI. Leges, in sponsalibus, testes requirentes, de masculis sunt accipiendae.
- XXII. Sponsalia pura conditionatis, utut tempore prioribus, praeferi, ex reliquiis est Papatus.
- XXIII. Publica clandestinis praeferi, absque omni limitatione, verum est.
- XXIV. Publica posteriora cedere prioribus, nec attendendam esse benedictionem sacerdotalem, rectior est sententia.
- XXV. Bina sponsalia pura & publica adhuc hodie & quidem magis, quam ex lege pandectali, infamant. Clandestinatorum pluralis ex legibus de stellionatu judicandus.
- XXVI. Si utraque conditionata, videntur esse licita, sed rectius tenetur contrarium.
- XXVII. Tacitus consensus illorum, quorum dissensus potest irritare sponsalia, difficulter concipitur; Non tamen applicabilis simpliciter est regula: Tacere quis potest, salvo suo jure.
- XXVIII. Matris jura, defuncto patre, quae consensum in nuptias liberorum, sunt hodie perfectissima.
- XXIX. Avus aviaque, hoc loco, exceptiones sunt a regula; quae potestatem scilicet; Nam; de praesi Consistorii Meckl. gaudent omni jure parentum.
- XXX. Collisionem, patris & matris, quae consensum, in nuptias liberorum, conciliet arbitrium judicis. Audienda enim erit omnino mater.
- XXXI. Idem dicendum, de votis diversis, matris & curatorum, item duorum curatorum inter se.

- XXXII. Tutorum enim & curatorum jura, quæ sponsalia impuberum & minorum, eadem sunt, quæ parentum. *Vid. omnino diff. B. Antecessoris Rostoch. SIBRANDI de irritis sponsalibus, quibus citra tutoris consensum pupilla sunt irretita, hab. 1695.*
- XXXIII. Patris adoptivi jura, etiam in hoc themate, sunt verorum patrum juribus æqualia. Genitorum jura autem hoc loco nulla sunt; Mater tamen in nuptiis spuria proles legitimæ æquiparatur.
- XXXIV. Domini consensus, in nuptias hominum propriorum, a Consistorio potest interdum suppleri; utut de Jure Meckl. jura ejusmodi Dominorum sint gravissima. *Vid. Lex Agraria nostra & ad illam B. SIBRAND. exemplo primo Sing. Jur. Meckl. PRÆSIDIS Pand. Jur. Meckl. Spec. 2. E F U S D. diff. de eo, quod circa homines proprios Meckl. justum est.*
- XXXV. Sponsalia illustrium, in canabulis, valent absolute. *Vid. B. nostri CARMONII diff. spec. hab. anno 1711.* Privatorum talia sunt non nisi conditionata.
- XXXVI. Reqvista juris publici & feudalis, quæ sponsalia, neglecta, non impediunt matrimonia ipsa, sed effectibus nonnullis ponunt obicem. *Vid. B. de LUDEWIG diff. de consensu connubiali, extra Patrem, Hal. 1722.*
- XXXVII. Matrimonium Judæi cum Christiana & contra, est detestabile, nec movet nos spes conversionis.
- XXXVIII. Adultero denegare adulterio pollutam simpliciter, rectior est jurisprudentia.
- XXXIX. Adjectivum: Heißiger, non est removendum a substantivo Ehe: Stand, sed absque labe et reliquiis Papatus omnino retinendum. Qvi superstitiose tamen disputant, utrum matrimonium sit contractus, nihil agunt; Quis enim, conjugium esse conventionem, negare auderet? Ergo.
- XL. Fines matrimonii forte ita debebant miscendo concipere, quod sit mutuum adjutorium in procreanda sobole, cujus occasione, in statu corrupto, extinguitur libido. Quod enim ad regulam: Unius rei plures possunt esse fines, liceat de ejus soliditate dubitare; Et quod ad distinctionem, inter finem primarium & secundarium, habet illa nævos.

CLAS.

7

CLASSIS POSTERIOR.

- I. **D**antur etiam conjugia brutorum, maxime oviparorum quorundam, quaestiones, de humanis, illustrantia.
- II. Qui descriptionem vulgarem sponsaliorum, per mentionem & repromissionem, futurarum nuptiarum, in mendo cubare docent, legentes: mutua repromissio, merentur assecclas.
- III. Parœmia: Die Ehen werden im Himmel gemacht, pia quidem est, sed, vel distinguatur voluntas divina, vel distinguantur conjugia. *Vid. HEROLD de fato matrimonii, juxta dictum brocardicum.*
- IV. Regula illa: Sponsa habetur pro uxore & juridice & philosophice est, vel spuria, vel lubrica.
- V. Rythmus: Ist die Jungfer beringet, ist sie auch bedinget, est ex jure probabilium; Absolute enim a munusculis, inter mares & feminas, nec affirmative, neque negative concluditur. Onus tamen probandi devolvitur in dantem communiter.
- VI. Virgo, compellata de conjugio, respondens: Istis auch Fragens wehret, nihil dixit; Fiat enim dilemma. Distingvantur seria a jocis & ironiis: ipse accentus sermonum dirimit quaestiones.
- VII. Spurius, qua genitorem, non tenetur ex quarto præcepto.
- VIII. De conjugio evnuchi, collecta sunt, nuper recusa, varia judicia, theologico-juridica, opera pseudonymi, **HIERONYMI DELPHINI**; Nos tenemus negativam.
- IX. Quæ de hermaphroditis, in hac & aliis juris materiis differuntur, otiosissima sunt; quoniam non entis nullæ sunt affectiones. Legantur *Duumvirorum, illustrium Medicorum, HEISTERI & HALLERI*, scripta.
- X. Cæco masculo concedimus conjugium, non cæcæ feminae.



P R Æ.

PRÆNOBILI DOMINO  
RESPONDENTI,  
AMICO SUO SUAVISSIMO,

S. P. D.


PRÆSES.


**A**micorum, semper intimorum, Theologorum & Jureconsultorum, doctrinæ in variis partibus, sunt communes. Facies Consistoriorum probat hanc communionem & maxime notabilia sunt verba præfationis edictalis. Ordinationis nostræ Consistorialis Meckl. *Wir haben wir, zu Gottes Lob, Ruhm und Preis = = = in gutem zeitigen Raht vieler, bewarter, trefflicher, gelehrter und erfarnen Personen von unsern Theologen, auch Hof- und Land-Räten u. s. w. Ita anno 1570. Jam antea, anno 1557. in Ord. Eccl. ita: Ich beschluten, ein nye Consistorium oder Kirchen-Gerichte &c. uht beyden Faculteten, der Theologen und Juristen. Repetita hæc sunt in novioribus. Legatur Chytræana illustris Oratio, Consistorii inauguratoria; add. Woldenbergii diss. de orig. Consist. imprimis Megapol. Maeste! Discant igitur Juvenes, ea, quibus viri facti utantur. Probamus dicterium; Ein jeder Studiosus Theologia müssè auf einen Consistorial-Rath, Professorem und Superintendenten studiren. Etiam ex parochia arctiori, cui eruditus Pastor præponitur, splendet præstantia Viri, quoniam & grex, paucioribus ex capitibus constans, requirit pastorem egregium & circumspectissimum. Insigne encomium est: Der Mann wäre geschickt und wehrt ein Superintendenten zu seyn. Qui viros non ex legibus procediæ, sed a virtute metitur, valde veneratur Pastorem eruditum & religiosum, utut sit ille sæpe parvi custos agelli.*


**S**VAVISSIME DOMINE HINTZE! laudo Tuum in Studiis ardorem, cura, ut dignus habearis, cui cura animarum aliquando concedatur. Deus clementissimus Tibi concessit dotes animi atque corporis præstantissimas; Habes parentes in filium optimæ spei, impendentes, quæ sunt necessitatis & exigentiæ & expedientiæ; Cura, ut de Te gaudeat uberrime Admodum Rev. Dn. PARENS, Fautor & Amicus mihi per multos annos, non ut vulgariter est in formulis, sed ex serâ factisque probata voluntate. Vivat ille, ad feros usque annos. Inclaresce, cum Tuis Dominis Commilitonibus, ex quatuor Speciminibus academicis idque semper age, ut præluceas. Deus dabit incrementa. Mecum si semper coles amicitiam, habebis inde fructus, quantos mea quæviscunqve potest proferre conditio.

Vale!

Dab. anno MDCCLIII. d. 4. Aprilis.























VIR PRAENOBILISSIMVS  
VS ADOLPHVS KROHN  
LVBECENSIS

ffima vitae suae ratione ita exponens:  
inclytam Lubecam, vbi in lucem editus sum anno saeculi  
tertio, die trigesimo Maii. Pater fuit HERMANNVS GEOR-  
D. Reip. Lubecensis, quum in viuis esset, Syndicus, Ma-  
A ELISABETHA, Viri Magnifici HENRICI BALEMANNI,  
per viginti annos primarii filia. Auum paternum habui  
IOHANNEM ADOLPHVM KROHN I. V. D. Syndicum pri-  
m, deinde Consulem Lubecensem. Auos quidem ad seros  
eruaerat diuina prouidentia, quorum non solum exemplo  
singulari quoque in me collata beneuolentia vti mihi licuit  
citior Parentum carissimorum iactura. Matrem enim,  
uulis essem, Patrem haud ita pridem, quum non exiguae  
panductio, non sine luctu amisi. Nihil reliqui fecerunt  
, vt a teneris vnguiculis me bonorum Praeceptorum fidei  
orum ex institutioe hausi quae ad pietatem humanitatemque  
BACKMEISTERVM, KROEGERVM, MÜNDERVM, postea  
os, iam pie defunctos, itidemque Reu. KOHLREIFFIV M  
guis artibusque ingenuis animum indefesso labore praepa-  
is officinam litterariam publicam frequentare coepi & cura  
OVERBECKII, B. LANGII & Cel. SELENII solidioris  
cepi. Pro rostris etiam Gymnasticis, quum Auus honora-  
HN Consul cum Auia amatissima A. 1750. die 28 Aprilis  
o, Iubilaeum gamicum celebraret, de *Coniugum iubilant-*  
*nignissimo Numine, vero Deo Vitali deriuanda*, publice  
cessum vero in Academiam, recitata oratione, *de Lubeca*  
*rebus, quae eius originem reddunt dubiam*, A. MDCCLIII.  
ycaeo Patrio dixi. Pater, quia Syndicatus officium, quod  
t, mecum iuit in Academiam. Elegit Francofurtum ad  
to per terras Hannoveranas, Brunsvicenses, & Marchicas,  
cepit me, qui tunc fasces Academiae tenebat, Ill. POLAC-  
aque Mathesin enucleantem audiui. Philosophicas praeser-  
suisit Reu. SIMONETTI, Ill. SVRLANDIVM & Cel. CVRT-  
docentes adii. Historiarum seriem narrante itidem Ill.  
strau. Institutionum & Pandectarum Elementa ab Ill.  
LIO accepi, linguam gallicam captui accommodauit Mr.

)( 3

MERCIER.